



SOLEM
SV PRA
HORIZONTEM IENENSEM,
C V M
SERENISSIMVS ET CELSISSIMVS
PRINCEPS AC DOMINVS
DN. IOANNES
GVILIELMVS,
DVX SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, AC
MONTIVM
LANDGRAVIVS THVRINGIAE
MARCHIO MISNIAE
PRINCEPS HENNEBERGIAE
COMES IN MARCA ET RAVENSBERG
DYNASTA IN RAVENSTEIN, ETC.
ACADEMIAE SALANAE
RECTOR MAGNIFICENTISSIMVS
CREARETVR
SVMMA DEVOTIONE CONTEMPLABATVR
EIVS CELSITVDINIS
SVBIECTISSIMVS CLIENS
C. G. KAHRSTEDT.

JENAE,
LITERIS IOANN-ZACH. NISL



Ades dum Cives urbis & orbis!
purpurascit crepusculum,
diluculum promittit serenitates,
à Serenissimo.

Incolæ soli, si solem spectastis in Cœlo;

Hunc in terris miramini;

Qui ceu Crepusculum purpuram induit,
diffundit purpuram ceu diluculum.

Hesperum dixissem, nisi virtutum ortum,

Phosphorum, nisi vitiorum occasum,
prædiceret,

Phaethontem, nisi artem habenas Reipubl. tenendi,
teneret.

Quis ergo?

Sol Hic est magnæ lucis,

Quem Salana postulat,

ut orbem academicum orbitâ sua illustret;

Et ecce adest:

Serenissimus & Celsissimus

Princeps ac Dominus,

DN. IOHANN-GVILIELMVS,

Dux Saxonæ, Iuliaci, Cliv. ac Mont.

Qui serenissima sua fronte,

Frondes & fontes hujus Parnasi

serenabit.

Hoc mense, nomine secundo

omine secundiori

novum celsitudinis ingreditur Zodiacum.

Vtinam non per duodena, sed per infinita eum absolveret
signa!

Sole est purior,
Quod in Eo maculas non invenerit
publica observatio,
Quæ Magnatum mendas augendo, convexis,
Eorum virtutes minuendo, concavis
aspicere solent vitris.
Unde Salana frena non effrenæ sed ingenuæ Iuventutis
Ejus alligat manibus;
Suam Purpuram,
Ejus imponit humeris,
Fatis fatis maturè,
merito & meritis;
Purpura enim illis convenit,
Queis majorum sanguis,
Queis propria virtus,
ora purpuravit.
Nullo magis lumine mortales, ceu immortales illustrantur,
quam ubi à cruore,
vel à virtute Illustrissimi audiunt:
TVO CELSISSIME PRINCEPS
utroque lætaris,
Dum quid natura efficere debuit,
Quid virtus potuit,
In Te experta videatur.
Ergo aggredere ô Magne PRINCEPS,
(Magnus omnibus Tua tantum minor magnitudine)
aggredere inquam honores Principe dignos,
Quos
Deo favente,
Devoto voto & vultu
Salana Tibi offert.

Corripi lora,
Et patriis virtutibus, orbem hunc academicum ordina
fuspice ò Phœbe & suscipe hoc semestre
Borealem hanc plagam
Quo radios Tuos nunquam nebularum conopeo involutos,
semper purpureo jubare refulgentes,
aspiciamus.
Sed siste camæna gradum
ne soli lucem affundere videare.
Tantum precare, quantum vales,
ut Serenissimus noster
In felicitatis centro semper constitutus,
Nunquam ad Ecclipticam vergat
Neque solstitium patiatur,
Quo propitio Iovi se semper sistere
Saturno se subtrahere feliciter queat:
Sol aureus
non tantum cupressus aereas
sed humiles aspicit myricas.
Aspice & Tu **CELISSIME PRINCEPS**
mea studia,
quo Tuo jubare
crescant, floreat
quam diutissimè.



SOLEM
 SV PRA
 HORIZONTEM IENENSEM,
 CVM
 SERENISSIMO
 PRINCIPALISSIMO
 DN. I
 GVI
 DVX SAXONIAE
 LANDGRAVIAE
 MA
 PRINCIPALISSIMO
 COMES IN
 DYNASTIA
 ACA
 RECTOR
 SVMMMA
 EIVS
 SVI
 C

ELISSIMO
 MINVS
 NES
 MVS,
 CLIVIAE, AC
 RINGIAE
 IAE
 RGIAE
 AVENSBERG
 TEIN, ETC.
 ANAE
 NTISSIMO
 LABATVR
 DINIS
 ENS



IENAE,
 LITERIS IOANN-ZACH. NISL

